OP

DOCUMENTI PER LA STORIA DELLA R. UNIVERSITA DI SIENA

Prof. D. Barduzzi



DOCUMENTI

PER LA STORIA DELLA R. UNIVERSITÀ

DI SIENA

raccolti dal Rettore Prof. D. BARDUZZI

Serie prima (1275-1479)

SIENA
TIP. E LIT. SORDO-MUTI DI L. LAZZERI
1900

Luciano Banchi, sapiente e benemerito illustratore della storia di Siena scriveva nel 1861 « è grandemente a dolersi, che non s'abbia ancora una storia dello Studio senese come l'Università pisana l'ebbe dall'illustre Fabbroni, perchè se questa antecede a quello per molta celebrità, non si deve perciò credere che lo Studio senese, vuoi per l'antica origine, vuoi per le grandi e solerti cure della Repubblica non meriti che qualcuno ne faccia subietto di premurose ricerche e di studio. E noi speriamo che non sia per mancare chi in mezzo a tanto amore che oggidì vediamo diffondersi in Italia per le storiche discipline, vorrà quanto prima rendere un tale benefizio alla città di Siena, la cui storia essendo tuttavia a farsi, ne sarà d'alcuna guisa agevolata » (1).

Se le speranze giustissime del *Banchi*, rapito anzi tempo alle severe indagini storiche, al bene della sua città, alla

(1) Alcuni documenti, che concernono la venuta in Siena nel 1321 dei lettori e degli scolari dello Studio bolognese pubblicati e illustrati da *Luciano Banchi*. (Dal *Giornale storico degli Archivi toscani* Anno V 1861 pag. 85, Firenze 1861).

famiglia dilette, non si possono ancora dire oggi del tutto soddisfatte, però fino dal 1873 il chiar.mo Professore *Luigi Moriani* pubblicò sulla scorta di copiosi documenti notizie utilissime intorno all' Università di Siena (1), e poscia il Prof. *Lodovico Zdekauer*, valoroso cultore di studi storici, illustrò nel 1893 e nel 1894 con molta erudizione e con grande intelletto d' amore le più remote origini dello Studio senese (2) e ne delineò la sua vita nel Rinascimento (3). Laonde non mancano ragioni a speranze fondate, che eziandio l' Università senese giunga fra breve tempo a possedere una storia completa, quale vanterà un'altro potente Istituto cittadino, il Monte dei Paschi che con l' Università ebbe sempre notevoli legami (4).

Anche il P. *Enrico Denifle* nel primo volume dell'opera sua pregevole tuttora incompiuta, *sulle Università dalle origini al 1400* (5), dedica un capitolo notevole (pag. 420 a pag. 452) sulla scorta di notevoli documenti, allo Studio Senese, ed il P. *Hastings Rashdall* in un' opera recente

---

(1) Notizie sulla Università di Siena del Prof. *Luigi Moriani*. (Siena 1873. Tip. Sordo-muti Vol. di pag. 148.)

(2) Sulla origine dello Studio senese — Conferenza con note e documenti del Prof. *L. Zdekauer*. (Tip. di Carlo Nava Siena 1893.)

(3) Lo Studio di Siena nel Rinascimento, per il Prof. *L. Zdekauer*, con due tavole in fototipia ed un' appendice di documenti *dello stesso*. (Vol. di pag. 204. Milano 1894. Ulrico Hoepli libraio editore).

(4) Il Monte dei Paschi. Notizie storiche raccolte a cura del Presidente Conte *Niccolò Piccolomini*, dal Cav. *Narciso Mengozzi* Segretario generale dell' Istituto. — Volumi cinque in foglio con tavole e documenti; in corso di pubblicazione il volume VI.

(5) Die Entstehung der Universitäten des mittelalters bis 1400, Berlin 1895 - Weidmannsche Buch:

sulle *Università di Europa nell' Evo-Medio* (¹), si occupa di quella di Siena in un paragrafo speciale (Vol. II pag. 31).

Nell'attesa pertanto, che l'Ateneo senese abbia una completa illustrazione a suo onore e decoro onde meglio ne sia dimostrata la vita gloriosa sette volte secolare, ho creduto opportuno intraprendere la presente pubblicazione di documenti in gran parte inediti per vieppiù confermare in questi dubbiosi momenti i suoi privilegi e i suoi diritti poco apprezzati o disconosciuti.

In questa prima serie di documenti, che incomincia dall'anno 1275 e perviene all'anno 1459, sonomi limitato a comprenderne, con i più notevoli, altri inediti a complemento di quelli già altrove separatamente pubblicati; poichè dessi offrono nuovi elementi circa la vita del nostro studio in tre secoli assai importanti sia per le origini che per le vicende gloriose delle Università italiane, fari splendidissimi di civiltà.

Non parmi dovere fare qui alcuna illustrazione ai documenti che pubblico tolti dal nostro Archivio di Stato, essendo per loro stessi eloquentissimi; ma voglio soltanto notare, che ho stimato necessario riprodurre anche il solenne Privilegio di Carlo IV, già edito dal *Malavolti* e da altri, come quello che diede al nostro Ateneo il vero carattere giuridico di Università degli Studii.

Siena 6 Decembre 1896.

D. Barduzzi

(¹) **The Universities of Europe in the middle ages - In due volumi con tavole - Oxford, 1895 - At the Claredon press.**

DOCUMENTI

I.

Il Consiglio Generale del Comune di Siena delibera di istituire nella Città uno studio generale per le lettere.

Die Iovis, xviij Iulij (1275).

In nomine Domini, amen.

Factum est secretum consilium in palatio filiorum Iacobi de Platea, in quo interfuerunt Capitanei partis, Priores et xxxvj, camerarius et curia et consules mercatorum et certi sapientes per terzerium . . . . Item fuit in eodem [consilio] propositum, cum audiveritis petitionem porrectam Prioribus et xxxvj super habendo, reducendo et fundando generali Studio licterarum in civitate Senarum.

In nomine Domini, amen.

Dominus Barthalomeus Seracini consuluit et dixit super facto Studii licterarum, quod sit firmum quod in civitate Sen: habeatur et reducatur Studium generale, et quod omnem securitatem quam dare voluerint et viderint concedendam volentibus venire ad studendum et morare in Studio, dari debeat et largiri. Et quod super habendis magistris et ordinandis salaris et expensis propterea opportunis vult quod sit remissum in Priores et xxxvj curiam, Capitaneos et consules, et vult quod super hiis sint dicti ordines largi et generales pro honore comunis et statu; et quod certos habeant sapientes, quos voluerint super ordinandis securitatibus et super habendo dicto Studio et super omnibus et singulis que super hiis et circa predicta viderint opportuna et possint plenarie ordinare et videre et firmare totum et quicquid viderint ordinandum. Et si per hoc consilium potest esse firmum quod fecerint dicti ordines et sapientes bene quidem; alioquin reducatur ad generale

consilium Comunis et predictum consilium firmari debeat, diligenter.

Dominus Griffolus iudex, consuluit et dixit super facto Studii licterarum generalis, quod pleno dictum factum sit remissum in xxxvj, consules, camerarium et curiam et habeant certos sapientes qui sentiant de facto Studii et supra predictis debeant ordinare et videre securitates, privilegia et immunitates concedendas magistris et rectoribus legum et aliarum professionum et scolaribus universis et ut bene sentiatur per civitatem vult quod per consilium generale et in consilio generali firmetur et dicatur, et placet sibi quod si expedierit firmare per statutum, vult quod firmetur et firmentur etiam constitutiones factas ab Imperatore, supra facto Studii generalis.

Consilium fuit in concordia cum dicto domini Griffoli.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale. Deliberazioni Vol. 20, f. 75).

II.

Altra deliberazione dello stesso Consiglio, per richiamare lettori e scolari nello Studio senese.

Die sabbati, xx Iulii (1275).

In nomine Domini, amen.

Factum est generale Consilium Comunis in palatio filiorum Iacobi de Platea, ad sonum campane et per bannum missum, ut moris est, a nobili viro domino Orlando Puttascio de Parma Dei et regia gratia Sen: Potestate, in quo proposuit et consilium petiit: quod cum per formam alterius Consilii generalis facti super habenda peccunia necessaria Comuni, fuerit firmum quod eligerentur duo sapientes viri per terzerium, super facendis ordinamentis et super inveniendo modo et via quibus possit habere peccunia, et ordinaverunt ut in presenti Consilio audivistis legi.

Item cum per formam alterius Consilii secreti fuerit firmum et remissum in xxxvj et consules mercatorum et certos sapientes, quod deberent ordinare et videre quomodo habeatur Studium generale licterarum in civitate Sen: et quod deberent ordinare et videre quomodo magistris et rectoribus legum et aliarum professionum et scolaribus universis deberet providere et quomodo ipsis

immunitates et privilegia concederentur et per dictos ordines fuerit provisum et ordinatum, quod fiat sindicus unus et plures, ad voluntatem Priorum et consulum, ad faciendas promissiones, conventiones, obligationes et pacta magistris, rectoribus, dominis et scholaribus et staczoneriis semel et plures et ad promittendum et cavendum ipsis et cuilibet eorum, sicut ipsi Priores et consules ordinaverunt et voluerunt pro eis ducendis ad legendum et regendum in civitate Sen: et pro acquirenda peccunia necessaria pro predictis et eorum occasione, scripta prius imposita de predictis apud dictum palatium de consciencia camerarij et iiij.or secundum formam statutorum, quod super hiis consulatis, quid sit utilius pro Comuni.

In nomine Domini, amen.

Dominus Arrigolus Acherisii consuluit et dixit super facto Studii licterarum et super creando sindico Comunis quod, sicut imposita continetur, ita fiat.

Dominus Ricoverus, iudex . . . . super facto Studii generalis consuluit quod dictum factum plene et libere sit remissum in Priores xxxvj et consules, qui sunt et pro tempore fuerint, sicut per secretum Consilium fuit in eos remissum, et quod expendatur pro predictis de peccunia Comunis ad voluntatem ipsorum et eatur ad scruptinium et fiant sindici, secundum formam imposite.

Consilium fuit in concordia cum dicto predictorum dominorum Arrigoli et Recuperi iudicis. Fuit firmum per scruptinium.

Die xx Iulij in anno Mcclxxv, indictione iij, in palatio predicto, coram Iohanne Alberti et domino Recupero iudice, testibus.

Omnibus appareat evidenter quod nobilis vir dominus Orlandus Puttascius Dei et regia gratia potestas Sen: de auctoritate Ranerii domini Orlandi camerarii Comunis Sen:, domini Ranerii Turchii, domini Vechiette et domini Bartalomei de Stiollis, trium ex quattuor provisorum Comunis, de auctoritate generalis Consilii campane Comunis, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt Ildobrandinum Guillelmi notarium, Minum Bonsegnoris de la Gerlaia, licet absentes, et quilibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus inceperit per alium possit prosequi, suos et dicti Comunis sindicos, actores, procuratores et nuntios speciales ad faciendas conventiones, promissiones, obligationes et pacta rectoribus, dominis, magistris, scholaribus, staczoneriis qui venerint ad legendum, regendum et docendum in civitate Sen: et ad concedendum ipsis et cuilibet eorum privilegia et immuni-

tates reales et personales et ad promittendum eisdem et cuilibet eorum feudum et salarium sicut et qualiter cum ipsis vel eorum aliquo concordaverint ipsi vel alter eorum; et ad promittendum sibi solvere dicta feuda et salaria semel et pluries, et ad cautiones et instrumenta ipsis faciènda quotiens expedierit, et ad promittendum predicta servare, attendere et complere ad certam penam; et ad obligandum dictum Comune et bona dicti Comunis pignori; et ad recipiendum ab ipsis et quolibet eorum promissiones, obligationes et pacta et etiam iuramenta quod venient ad civitatem Sen: ad legendum, docendum et regendum, et quod erunt in civitate et stabunt continue per annum ipsi et quilibet eorum viij diebus ante festum sancti Michaelis de mense septembris; et generaliter ad omnia et singula facienda que in predictis et circa ea viderint expedire; dantes et concedentes eisdem liberam et generalem administrationem in predictis et circa ea, promittentes ratum et firmum habere et habebit dictum Comune sub obligatione bonorum dicti Comunis.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale. Deliberazioni. Vol. 20, f. 76-76t.).

III.

Deliberazione del Consiglio Generale per chiamare nello studio senese maestro Niccolo de Auglio *lettore di logica.*

Die veneris, ij septembris (1278).

In nomine Domini, amen.

Factum est generale consilium comuni Sen. cum adiuncta Capitaneorum partis et eorum consilii, priorum xxxvj et ipsorum xxxvj et eorum consilii de sapientibus viris xl per terzerium et consulum mercatorum et eorum consilii in palatio filiorum Talomeorum de Platea, posito in Galgaria, a Nobili viro Domino Matheo domini Mannellis de Madiis Dei et regia gratia potestate sen., ad sonum campane et per bannum missum, ut moris est, facta prius de infrascriptis imposita de consceutia Camerarii et iiij provisorum Co-

munis Sen., apud dictum palatium, in quo proposuit et consilium potiit, quod....

Item cum audiveritis in presenti consilio legi petitionem seu supplicationem porrectam camerario et iiij provisoribus comunis Sen. de provisione in aliquo ordinanda magistro Nicholao de Anglia, professori et magistro in logica et natura, qui vult Sen. venire et in civitatem Sen. regere et docere, prout in dicta petitione continetur: Quid vobis melius et utilius pro comuni videtur, in Dei nomine, consulatis.

In nomine Domini, amen.

Dominus Gratia iudex.

super facto magistri Nicholai et petitione pro parte eius, cuius petitionis forma est infra, dixit, quod placet quod veniat studere et regere Sen. et quod provideatur per camerarium et iiij, in xxv lib. pro anno proximo, quo steterit ad regendum Sen. et pro pensione hospitii in anno proximo in x lib. provideatur similiter si Sen. venerit et steterit ad regendum.

Dominus Iacobus Guiduccini . . . . . . super facto magistri Nicholaj, consuluit quod provideatur annuatim in L lib. et hoc fiat hoc modo, quod mictatur in constituto, quando comorabitur.

Ghuccius olim Guidonis . . . . . . super facto magistri Nicholai, dicit idem quod dominus Gratia iudex.

Concordia consilii . . . . . . de facto domini Nicholai . . . . . est concordia consilii in dicto domini Gratie iudicis.

Die viiij septembris.

Data est michi Orlandino notaro licentia et mandatum per dominum potestatem publicandi concordiam suprascriptam, super articulo quod loquitur de provisione facienda Magistro Nicholao, coram Guillelmo de Palatio, familiare domini potestatis, et Tuccio notario et Rugerio Benencase, testibus presentibus.

Supplicatio pro magistro Nicholao, est hec.

Cum propter studia licterarum civitates efficiantur amene et cives sapientes et probi nec expediat cives talium civitatum ad terras causa proficiscendi pergere alienas sed ipsis civibus eorumque comunibus honor insurgit pluries et profectus et ubique terrarum plurimum honorantur, et ad statum talium civium et comunium redundent et comodum, suplicatur vobis camerario et iiij provisoribus comunis, quod cum magister Nicholaus de Anglia, qui nunc moram contrhait in curia romana, homo sapientissimus atque

probus professor et magister in logica et natura, velit Sen. venire et in civitate Sen. docere et regere in scientiis supradictis, unde cives efficientur probiores et aliunde forenses venient ad civitatem ut doctiores fiant et sapientiores, quod fiat imposita in consilio generali, quod dicto magistro in aliquo de pecunia comunis annuatim, donec steterit in civitate Sen., debeat provideri, ut senenses de sua scientia informentur moribus et doctrina.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale. Deliberazioni Vol. 22, f. 29).

IV.

Altra deliberazione simile per chiamare frate Guidotto da Bologna lettore di grammatica e rettorica, nello studio senese.

Die sabbati, iij septembris (1278).

In nomine Domini, amen.

Factum est generale consilium comunis Sen. cum adiuncta capitaneorum partis et eorum consilii, priorum xxxvi et ipsorum xxxvi et eorum consilii de xl sapientibus viris per torzerium, et consulum mercatorum et eorum consilii in palatio filiorum Talomeorum de Platea, posito in Galgaria, a nobili viro domino Matheo domini Manuelis de Madiis Dei et regia gratia potestate sen. ad sonum campane et per bannum missum ut moris est; facta prius de infrascriptis imposita de conscentia camerarii et iiij provisorum comunis Sen. apud palatium supradictum: in quo proposuit et consilium petiit, quod...

Item cum audiveritis petictionem porrectam et in presenti consilio lectam, pro parte magistri Guidocti de Bononia, doctoris gramatice discipline et rectorice artis.

In nomine Domini, amen.

Meus Guerini . . . . :
super facto Magistri Guidocti consuluit et dixit quod remittatur in Curiam, que possit ei providere ad suam voluntatem usque xxv lib. et pro pensione hospitii usque x lib.

Dominus Griffolus iudex . . . .

super facto magistri Guidocti, dicit quod provideatur in xxv lib. et in hospitio et xxv lib. solvantur ei secundum Curie, provisionem.

Rigus domini Ranerii consuluit et dixit id quod dominus Griffolus . . . . de provisione magistris Guidocti.

Concordia consilii est in dicto domini Griffoli iudicis.

(In un foglietto membranaceo, unito, si trova quanto segue)

Cum plurimi de Civitate Sen. tam domicelli quam tabelliones et alii iuvenes desiderent aderere scentiarum facultatibus, alii silicet gramatice, alii rectorice et perorationibus sive arengis; et predictis omnibus edocendis frater Guidoctus Bononiensis reperiatur sufficens. Vobis domino potestati et consilio Sen. predicti omnes attente supplicant, pro civitatis honoribus quatenus eidem fratri Guidocto faciatis ordinari aliquod salarium competens solvendum per mensem vel alio modo, quousque in civitate Sen. steterit et docuerit.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale, Vol. 22, f. 30).

V.

Deliberazione del Consiglio generale del Comune di Siena per richiamare lettori nello Studio.

In Die Mercurij, viiij mensis Maij (1285).

In nomine Domini, amen. Factum est generale consilium campane Comunis Sen. et adiuncte dicti consilii xl per terzerium, in palatio Comunis Sen: ad sonum campane et per bannum missum publice per civitatem Sen., ut moris est, congregatum a nobili et prudenti viro domino Benincasa de Aretio doctore legum et nunc vicario magnifici et illuxtris viri domini Guidonis de Battifolle Dei gratia in Tuscia comitis palatini et nunc eadem gratia Sen. potestatis, facta prius de infrascriptis imposita de coscentia camerarii et iiij provisorum Comunis Sen: secundum formam statutorum Sen: in quo quidem consilio proposuit et consilium petiit idem dominus Benincasa, quod cum alias secundum formam statutorum fuerit factum consilium generale super facto illorum qui venerint vel venerunt ad civitatem Sen: ad docendum in aliqua facultate vel scientia vel alicuius qui esset peritus medicus qui vellet in civitate Sen: suam

artem exercere et firmatum fuerit in predicto consilio quod predicti loquerentur cum camerario et iiij Provisoribus Comunis Sen: et tractarent cum eis de eorum salario et provisione eis facienda a Comuni Sen: et sicut ipsi camerarius et iiij invenirent, deberent reducere ad consilium campane, et magister Ranuccius medicus peritus in arte cilergie qui hattenus solitus est morari in Prato prope Florentiam, venerit ad civitatem Sen: et velit dictam suam artem exercere et ipse magister Ranuccius tractaverit cum prefatis camerario et iiij de salario et provisione sibi facienda a Comuni Sen: et petit quod sibi provideatur a Comuni, quod Comune Sen: hinc ad v annos, annuatim, det et solvat sibi x lib. den. pro provisione hospitii in quo morabitur in civitate Sen. et etiam velit effici civis sen: et vult habere franchitiam x annorum de non solvendo aliquam quantitatem pecunie Comuni Sen: pro datio vel prestantia vel aliqua ratione vel causa, et provisum fuit hattenus per xv Defensores Comunis Sen: quod annuatim dent x. lib. hinc ad dictum tempus v annorum dentur dicto magistro Rannuccio pro pensione sui hospitii et quod habeat franchitiam dictorum x annorum, prout apparet per publicum instrumentum factum manu Iohannis quondam Forensis notari. Quidem vobis videtur quod faciendum sit, supra predictis, pro meliori et utiliori Comunis Sen. in Dei nomine consulatis.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale. Deliberazioni Vol. 29, f. 59).

VI.

Condizioni fatte dal Consiglio Generale del Comune di Siena ad alcuni lettori che si offrono di insegnare nello Studio.

Die veneris, xviij mensis Maij (1285).

In nomine Domini, amen. Factum est generale Consilium campane Comunis Sen: in palatio Comunis Sen: ad sonum campane et per bannum missum publice per civitatem Sen:, ut moris est, congregatum a magnifico et potenti viro domino Guidone de Battefolle, Dei gratia in Tuscia comite palatino et nunc eadem gratia

honorabili potestate Sen:, facta prius de infrascriptis imposita apud dictum palatium de conscentia dominorum camerarii et iiij provisorum Comunis Sen:, secundum formam statutorum Sen:, in quo quidem Consilio proposuit et consilium petiit idem dominus comes potestas, quod cum alias factum fuit Consilium campane, secundum formam statutorum, super facto illorum qui venerint vel venerunt ad civitatem Sen. ad docendum in aliqua facultate vel scientia vel illorum qui essent medici periti qui vellent suam artem in civitate Sen: exercere, et firmatum fuerit in dicto Consilio quod predicti loquerentur cum camerario et iiij provisoribus Comunis Sen. et tractarent cum eis de eorum salario et provisione eis facienda a Comuni Sen. et magister Niccholaus, magister in loyca et etiam peritus medicus conventatus, sapiens et discretus, et qui dicitur esse valde utilis et necessarius in civitate Sen., loqui fecerit et tractari cum camerario et iiij.or provisoribus Comunis Sen. et velit habitare et stare in civitate Sen: et suam artem exercere et docere, et petat sibi dari a comuni Sen: et provideri de pecunia Comunis Sen: in C lib: den: sen: annuatim, et petat etiam hospitium et immunitatem:. et etiam magister Ranuccius medicus peritus in arte cilorgie qui hattenus solitus est morari in Prato prope Florentiam venerit ad civitatem Sen: et velit dictam artem exercere, et ipse magister Ranuccius tractaverit cum ipsis camerario et iiij de salario et provisione facienda sibi a Comuni Sen: et petat quod provideatur sibi annuatim hinc ad v annos de x lib: den: sen: a Comuni Sen: pro pensione sui hospitii in quo morabitur in civitate Sen: et etiam velit effici civis sen: et vult habere franchitiam de omnibus datiis et prestantiis per x annos, et id quod petit sibi concessum fuit per dominos xv Gubernatores et Defensores Comunis Sen:, ut patet per eorum stantiamentum publicatum manu Iohannis quondam Foresis notari (¹) et etiam magister Orlandus de Aritio in medicina professor intendat regere in medicina in civitate Sen: et operari in arte predicta, et suam artem exercere, et sit peritus medicus et valde, ut dicitur, utilis et necessarius in civitate Sen: et petat sibi provideri, a Comuni Sen: annuatim de xxv lib: den: et etiam petat hospitium a Comuni Sen: et inmunitatem et franchitiam de non solvendo datium vel prestantiam per certum tempus, prout Consilio placuerit, et hoc tractaverit cum camerario et iiij provisoribus Comunis Sen: prefatis, secundum formam dicti consilii alias facti; et etiam magister Bel-

(¹) Si osserva che questa parte venne tolta dalla deliberazione.

tramus doctor in gramatica, valde utilis et necessarius in civitate Sen: locutus fuerit cum dictis camerario et iiij et cum eistractaverit, quod vult morari in civitate Sen: et suam artem exercere et petat a Comuni, sibi dari annuatim pensionem hospitii in quo moratus est, prout Consilio placuerit pro tempore preterito.

Dominus Schotia de Talomeis . . . .
super facto magistri Nicholai et magistri Orlandi et magistri Beltrami, consuluit, quod, sicut petitum est per eos et imposita continetur, sic fiat eis a Comuni Sen.

Dominus Bandinus iudex . . . .
super facto magistrorum contentorum in imposita, consuluit et dixit, quod magistro Beltramo solviatur pro tempore preterito pensio hospitii, dum modo non excedat summam xxv lib: et quod per dominum Benincasam et curiem, procuretur et fiat ita, si poterit fieri, quod moretur in civitate et exerceat artem suam, doceat scientiam suam, et quod similiter per tempus futurum solvatur sibi pensio hospitii. Super facto magistri Orlandi consuluit, quod habeat a Comuni pro salario xxv lib: den: sen: annuatim; et super facto magistri Niccholai vult quod habeat a Comuni Sen: annuatim sicut petitum est pro eo; et omnes dicti magistri habeant illam franchitiam quam xv voluerint eos habere; et vult quod nullus aliorum medicorum post dictum magistrum Beltramum habeat hospitium, et vult quod predicti magistri habeant dictas pecunie quantitates si steterint et habitaverint in civitate Sen: et eorum artes exercuerint.

Rustichettus Guidi Iacobi consuluit id quod dominus Bandinus, de facto magistri Orlandi et magistri Beltrami; et super facto magistri Niccholai consuluit quod habeat xxv lib: den: si placuerit dominis xv . . . .

Consilium fuit in plena concordia cum dicto et arringamento domini Bandini judicis, in omnibus articulis.

Die iovis, ultimo Maii. Coram domino Benincasa de Aritio et Ventura Bonaguide notario habui mandatum a domino comite potestate in presentia dominorum xv et de eorum voluntate et parabula publicandi stantiamentum predictum in quantum pro eo, quod facit pro magistro Orlando.

Die viij Iunij. Actum Senis apud palatium coram domino Ciampolo Albizi, et domino Nerio judice et Baldera Ugolini testibus presentibus; habui licentiam et mandatum a domino Benincasa de Aritio, doctore legum, iudice nunc domini comitis Potestatis Sen.

publicandi dictum stantiamentum in eo quod facit pro magistro Nicchohao medico et etiam aliud stantiamentum alias factum prius de facto illorum qui venerint et venerunt ad civitatem Sen: ad docendum ecc.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale. Deliberazioni Vol. 29 (a c. 64 e segg.).

VII.

Il Consiglio Generale del Comune di Siena concede alcuni privilegi a maestro Bandino grammatico, che si era offerto di insegnare nello Studio senese.

In nomine Domini, amen: die iij octubris (1287).

Factum est generale consilium campane Comunis Sen. et dominorum novem Gubernatorum et defensorum Comunis et populi Sen. et dominorum consulum militum et eorum consilii et dominorum consulum mercatorum et eorum consilii et consulum Artis lane et xl per terzerium, a magnifico et potenti viro domino Guidone de Mudiglano, comite Dei gratia in Tuscia palatino, et nunc eadem gratia honorabili potestate civitatis predicte; scripta prius imposita de infrascriptis apud palatium potestatis, de conscencia et voluntate camerarii et quatuor provisoribus Comunis Sen. in quo proposuit et consilium petiit....

Item cum vir famosus et sapiens magister Bandinus professor et magister in scientia gramatice velit morari et docere in civitate Sen. continue de predicta scientia, quod ad conmodum et utilitatem maximam civium et civitatis, maxime cum sit fertilitas in civitate Sen. et habundantia victualium, si scolares et scole in civitate tenentur, redumdare videtur, et predicta dictus magister facere velit dum sibi a Comuni Sen. provideatur quolibet anno de xxv lib. den. sen. et de hospitio congruo, in quo propredictis morari possit et docere, id quod vobis placet, quod super predictis fiat melius et utilius pro comuni, super quolibet negotio predictorum, in Dei nomine consulatis.

Dominus Meus Tederigi judex, ...

Super facto magistri Bandini professoris artis gramatice con-

sulnit, quod placet ei quod de avere et pecunia comunis solvantur annuatim xxv lib. den. si ad docendum et regendum veniret in civitate Sen. et docuerit et regerit in arte predicta, in civitate predicta.

Dominus Guccius de Forteguerris consuluit et dixit,... quod super facto Magistri Bandini professoris gramatice, concordat dictum suum cum dicto domini Moi predicti.

Tongoccius domini Lutcronghi de Talomeis consuluit, dicens . . . . .

Super facto vero magistri Bandini professoris gramatice concordat dictum suum cum aliis arengatoribus supradictis, scilicet quod si venerit ad docendum et regendum in arte predicta, dentur eidem de avere et pecunie Comunis, annuatim xxv lib. den. sen.

Dominus Ramella de Forteguerris consuluit, dicens . . . . Super alio articulo imposite de facto magistri Bandini, concordat dictum suum cum aliis arengatoribus supradictis.

Consilium predictum fuit in concordia super predictis omnibus, cum dicto et consilio Tongoccii domini Luctoronghi predicti.

(R. Archivio di Stato in Siena. Consiglio Generale. Deliberazioni Vol. 34, f. 37).

VIII.

Privilegio con bolla aurea concesso dall' Imperatore Carlo IV ai senesi per la Università degli studî.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis feliciter. Amen. CAROLUS QUARTUS, Divina favente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemie Rex. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Veneranda virtutum Magistra, Rectrix morum, et recta humane conversationis imbutrix Sacrarum Legum et Canonum, ac Liberalium artium pretiosa scientia, quam pestilentiis pidem mortalitatis rabies per ampla Orbis climata suffocavit, ipso sui silentio ad nos clamat, et invocat tacite nomen nostrum, ut ad relevandum ipsius prostrate lapsum Imperialis ei dexteram potentie porrigamus.

Nos igitur cunctarum Urbium, et totius Orbis (cujus nobis monarchia, licet immeritis, celitus est commissa) decus, et glo-

rium in Personis prudentibus literarum noticia gloriosa preclaris relucere singulariter agnoscentes; ad supplicacionem duodecim pro majestate nostra Imperiali Vicariorum Generalium, nec non Consilii, Populi, et Communis Civitatis, comitatus et districtus Senarum, nostrorum, et Sacri Imperii fidelium Dilectorum per religiosos Antimum de Ugorogeriis Lectorem Paduae, et Petrum Francisci de Senis Ordinis Fratrum Minorum Ambassiatores ipsorum devotos, nobis Dilectos Majestati nostre tam humiliter, quam sapienter oblatam in eadem Civitate nostra Senarum, que Sacri Impori excellens, et insigne membrum existitit; Studium, quod ibidem hactenus viguisse, sed his temporibus permissu Dei aliqualiter obscuratum esse dignoscitur, in lucem decernimus erigere redivivam; ut ad Sacri splendorem Imperii ceterarum fiat Urbium speculum, et lucerna, qua remote Orbis tenebre, variarum Scientiarum radiis illustrentur.

Hinc est, quod prefate Civitati Senarum, et ejus Communi Generale perpetuum, atque gloriosum Studii Generalis privilegium auctoritate Cesarea damus, et concedimus Liberalitate munifica, tenore presencium, ex certa sciencia, ac donamus; Decernentes, ac Edicto Cesareo presenti valituro perpetuo de Imperialis potestatis plenitudine statuentes, ut in ipsa Civitate Senarum Studium perpetuo sit, et habeatur in Jure Civili et Canonico et Medicinis, Philosophia, Loyca, Gramatica, ac quavis alia facultate, possintque omnes, et singuli Doctores et Magistri per Comune Senense ordinandi, et deputandi in Civitate predicta Senarum, utpote in Studio Generali solemniter, et publice in memoratis Facultatibus legere, et docere, et una cum aliis ad subscripta per superiorem ipsius Studii evocandi Scholares, benemeritos licenciandi, et honorem Cathedre, et alia Doctoratus Insignia ipsis solemniter concedendi plenam habeant, hac nostra freti concessione Imperatoria et liberam potestatem.

Superiorem vero hoc casu Senensem Episcopum debere intelligi declaramus; qui premissa per se, vel alium exerceat; dum nullo impedimento fuerit prepeditus. Vacante vero Episcopali Sede, vel Episcopo ipso quomodolibet impedito, Capitulum Senensem Ecclesie plenam, et omnimodam exercendi prefata omnia, et singula obtineat facultatem.

Ceterum ut Scolares et Studentes in dicta Civitate Senense tanto valeant Studio vacare liberius, quanto a quarumlibet molestiarum impetu liberati, et uberiori fuerint libertate de Imperiali liberalitate fulciti; de innata nobis clementia, Rectores, Doctores,

Scolares, seu Studentes Studii Senensis predicti eorumque universos, et singulos Familiares, et Ministros, nec non Domos, et Scolas in nostram, et Sacri Romani Imperii proteccionem, et Tutelam, ac defensionem recipimus specialem, eosque omnibus, et singulis Privilegiis, Libertatibus, Gratiis, Immunitatibus, ac Indultis, quibus aliorum Generalium Studiorum Rectores, Doctores, Scolares, ac Studentes, eorumque Ministri, Domus et Scolae divorum Imperatorum, et Regum Romanorum predecessorum nostrorum largiflua concessione, seu laudabilium consuetudinum inductione frui, et gaudere sunt soliti, de plenitudine nostre potestatis Cesaree ex certa sciencia uti, perfrui decernimus, ac statuimus perpetuis temporibus et gaudere.

Preterea Studii Senensis jam dicti incrementa felicia ferveneius affectantes, et longinquarum Incolas Regionum ad ejus allicere cupientes accessum; universos, et singulos Clericos, et Laycos, seu Scolares cujuscumque condicionis, ordinis, aut status existant, ad prefatam Civitatem Senarum causa Studiorum futuris temporibus accedentes in accessu ad eam, et in recessu ab ipsa, a quibuslibet Daciis, Gabellis, Pedagiis, Vectigalibus, et oneribus, quocumque nomine censeantur, ex certa sciencia eximimus, nostra et auctoritate Imperatoria liberamus, et una cum famulis, Equitaturis, Arnisiis, Vallisiis, et rebus suis omnibus liberos esse decernimus, de Imperialis potestatis plenitudine et exemptos.

Mandantes Universis et singulis Vicariis, Capitaneis, Antianis, Potestatibus, Rectoribus, Gubernatoribus, Comunibus, Universitatibus, et Officialibus, ac Fidelibus nostris, et Sacri Imperii firmiter et districte, quatenus contra presentis nostri Imperiali Indulti tenorem Scolares, seu Studentes hujusmodi molestare, vel inquietare non audeant, seu quomodolibet perturbare sub pena subscripta, ac etiam sub pena Imperialis Banni, quam omnes, et singuli scienter contrafacientes, nisi congrue satisfaciant intra mensem, tocies quocies contra fecerint, se noverint usque ad satisfaccionem condignam irremissibiliter incursuros.

Ne autem sub habitu, et nomine Studentium a Mercatoribus, vel aliis fraus in premissis valeat exerceri, volumus ut in hac parte accedencium ad jamdictam Civitatem assercioni, seu juramento credatur, si illud qualitate personarum attenta, visum fuerit exigendum. Recedentes vero literas Testimoniales Episcopi Senensis, vel Rectoris Universitatis Studii supradicti recipiant, quibus hoc casu fidem volumus plenariam adhiberi.

Verum, quia parum prodest libertatem concedere, nisi sit qui tueatur easdem; Senensem Episcopum, qui est, et qui fuerit pro tempore, omnium et singulorum Privilegiorum, Libertatum, et Immunitatum, ac Exempcionum Studii supradicti Conservatorem constituimus: eique plenam damus et liberam potestatem ea conservandi, tuendi, et exequendi, ac in rebelles, et Molestatores Studii, et Studencium predictorum animadvertendi, et penas, quas in virtute presencium, vel eciam secundum Leges, et Canones, seu Statuta Locorum meruerint, exigente ipsorum contumacia, ratione previa declarandi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre Imperialis Majestatis Paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium attentare presumserit, indignationem nostram, et penam centum Marcarum auri puri tocies, quocies contra factum fuerit, se novorit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Imperiali Erario, sive Fisco, reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicari.

Signum Serenissimi Principis, et domini domini Caroli IIII. Romani Imperatoris Invictissimi; et gloriosissimi Bohemiae Regis.

Testes hujus rei sunt, Venerabiles Arnestus Archiepiscopus Pragensis, Theodoricus Mindensis, et Johannes Blissimensis Episcopus, nec non Illustres Petrus Borbonensis, Corradus Olsinensis, Henricus Magnopolonensis, Przimko Tesschinensis Duces; Nec non Spectabiles Burghardus Burgravius Magdeburgensis Magister Curiae Imperialis, Albertus de Analth, Otho de Fustemberg, Johannes de Retz, ac Fericius de Prato Comites; et Nobiles Wilhelmus de Strakowitz, Jodocus, et Ulricus Fratres de Rosemberg, Rodulfus de Wartha Sbinko Lepus de Hasemberg, et Hasko Sroeretitz Magistri Camere nostre Imperialis, Henricus Bavarus de Bopdia, et alii quam plures alii fide digni presencium etiam sub imperialis Maiestatis nostre sigillo testimonio literarum.

Datum Prage Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo. Indictione xvij Kalendas Septembris Regnorum nostrorum Anno Romani duodecimo Bohemie undecimo Imperii vero Tertio.

Nicolaus de Cremsir.

(R. Archivio di Stato in Siena. Diplomatico *ad annum*).

Bolle di papa Gregorio XII a favore dell' Università degli studi e per convertire lo spedale della Misericordia in casa di Sapienza.

